Nunc aũt videamꝰ et dicamꝰ de fetu in quo mense habe

Egressus fetus in 8uo mense

at egressum In octauo em̃ mense raro viuit·rõ q² om̃is

fetus naturalit tendit adabortũ in· vij· mense·et incipit

laborare ad egressuz et iõ cũ in·vij· mense laborauit tunc

debilitatꝰ ẽ g̊ Si in octauo mense exeat nõ diu viuit Si

In Nono

vero in nono mense exeat ẽ sanus q² requieuit per octauũ

mensem a laboribus habitis in septimo mense·

¶ Hic au·exequit de exitu fetus in speciali Nota fetus in octauo mense male se habet hoc probatur extra textum ratione·q² saturnꝰ tunc dominat et ille cõtrarius est vite animalis quia est frigidus et siccus · Alia ratio patet in textu Tamen si fetus esset valde fortis et haberet amplũ foramen per quod exiret posset euadere et sanus exire· Sz hoc raro contingit· Sz q̃ in nono mense sanus exi-at patet quia nonus mensis correspondet ioui qui est ca-lidus et humidus et est principium vite.

Ubi est sciendum q in quibusdaz mulieribus est maior dolor q in aliquibus quia in quibusdam accidit q fetus quandoq ptendit manuz qnq pedem q omnia sunt nociua. et tunc obstitrices fetu diligenter retrudut et ex illo generatur magnus dolor ita q plures mulieres nisi fuerint valde fortes debilitant usq ad mortem accidit quandoq etiaz in partu mulieris q corrupitur vulua mulieris vsq ad anuz ita q ista duo foramina fiunt vnum. et tuc obstitrices discrete vtuntur quoda vngento vngetes vuluaz· qz retrudut matricez et sic matrix sepe leditur et vulnerat. ideo bene videri necessarium est in partu mulierum vt habeant discrete mulieres in hoc ope hac ex parte hoc aut didici a quibusda mulieribus q qn fetus pretendit caput in exitu tunc bene valet negocium qz tunc alia membra faciliter sequntur et sic fit partus leuis.

Hic autor ponit vnum notabile et est satis notum ex textu· Sed e notandu q qn fet9 pponit pede vl manu no pt bn exire qz tuc iacz obliq in vno late et maxie stimlat et tuc mlieres retrudut et retrudedo fit maximus dolor

Et quando vulua mulieris est arta et fetus est magnus tunc opoztet fieri ruptura vsq; ad anum. Et illud maxime cõtingit in mulieribus pinguibus quia pin guedo earum facit strictum et artum meatum.

Sed circa que dicta sunt dubitatio oriť omnibus mirabilioꝛ scз vñ veniat puero iacẽti in matrice nutrimentuз cum matrix sit vbiq; clausa. Juxta quod notandũ ꝙ quãdo fetus est clausus in mr̃ice. virtute naturali in tali cõplexione occulta. pzimo inter omnia nascitur quedam vena q̃ pfozat matricẽ . et a mr̃ice ꝓcedit vno tramite vsq; ad mamillas. mõ qñ fetus est in vtero tũc indurant mamille mulieris qꝛ tunc substantia menstrui fluit ad mamillas ꝓpter clausuram matricis et ideo substantia menstruosa foztiozi decoctiõe decoquiť et vsq; ad colozẽ lactis dealbať et illꝺ lac mulieris vocať. et sic illud p̃mo mõ decoctum mittitur ꝑ talẽ venaз ad mr̃icem. et ex hoc fetus nutritur tanꝙ̃ de ꝓpzio et naturali nutrimento. Et hec est vena que in exitu fetus ab obstitricibus abscinditur in

vmbilico·et ideo videtur in puero nouiter nato ꝙ vmbilicus eius sit ligatus cum aliquo filo ne aliquid exeat de corpe eius ꝑ hanc venam que abscisa est a mr̄ice in vtero mulieris et pendent in vtero materno cum pendicula ex parte matricis annexa.

¶ Hic autor mouet vnum dubium vt p3 in textu Nota ſm Aristo·in·v·metha. tūc ista vena et vmbilicus debēt esse adnascentia vl' connascentia q2 matrix mr̄ieris ⁊ vmbilicus pueri ꝯiunguntur mediante illa vena ita ꝙ cibus transit a mamillis mulieris ad vmblicum mediante illa vena Nō vmbilicus directe ē in medio corpis in homine bene formato vt mediāte ipso cibus equaliter influat om nibus mēbris ⁊ mamillis mulieris Et dicit vmbilic⁹ ab vmbo onis. ꝙ est media ps clipei et icos custos quasi custos vmbonis medij in corpe Dubiu3 ē quare in mulieribus mamille sunt sup̄ et in alijs animalibus infra Respondet cā ē duplex Prima si mamille mulierum essent infra impedirent tn̄situm iō natura sagax sic ordinauit Sed vacca capra et alia animalia habēt quatuor pedes iō mamille non impediūt tn̄situ̅·Scd̄a causa q2 in mulieribus a corde dependet calor Et ille calor extendit se vsq3 ad mamillas iō hn̄t eas in pectore iuxta cor Sed in brutis maxime dependet calor ab epate·Et ideo influit calor ad mamillas ideo sunt infra.et ideo sic etiā melius mulgent et lactant a fetu Dicēs quare viri non hn̄t mamillas·ideo q2 viri nō paciunt menstrua et non nutriūt pueros et ideo non est necessariū eos hr̄e S3 hn̄t sūme ꝑuas sicut mulieres hn̄t testiculos valde ꝑuos Utru3 melius valerent ꝑue mamille q̄ꝫ magne Dicendū est ꝙ medio-

ctres sunt melius valentes Unde magne non sunt vtiles qr in ipsis est calor diffusus hinc inde et nō hñt multum de calore et ibi est mala digestio. Etiaz pue non valent qr ibi est modicuz nutrimentū. Nō qp fetus in vtero ꝑm nutrimentuz disponitur ⁊ ideo mulieres impregnate ꝓhibent vt caueant se a fortissimo potu sicut ē vinū forte qr nō pñt bene digerē illum potū. et potus fortis non competit fetui cū ad huc ipse sit multū tener et debilis.

Sicut dicit Aristotiles. ij. phisicoꝝ qp sicut peccatū est in natura sic etiā ē in arte et hmōi declaratio mltum valeat ad manifestatiōz intenti. vñ scienduz qp monstra siue pctā in natura vocant illa indiuidua alicuius speciei que in aliqua pte corpis cursum cōmunem illius speciei excedunt sicut cōtingit videri in hominib⁹ habentib⁹ nisi vnū pedem vł tm̄ vnaz manuz et sic de alijs Istō autem miraculum accidit multis modis. aut em̄ ex diminutione materie aut ex suphabundantia. Ex diminutione vero contingit plurib⁹ modis Pmo mō diminutio attribuit materie in se et tunc cuz mēbra pricipalia puero dñt formari natura sagax et ingeniosa facit vt cōplect⁹ pt. Et istis dispositis ad formatōz ceteroꝝ membrorum studet et ibi ex materia q̄ hz facit qō pt et format ptem diminutam

quando diminutio est in materia et ideo contingit error.

Et ideo cõtingit caput aliquãdo esset maius q̃ natura re

quirat illius indiuidui pticularis sic generati.
¶ Hic autor requirit intentum suuz de modo generandi mõstra adducit silitudinem. Et vult q natura assimila tur arti q2 ars primo format et edificat bonuz fundamẽ tum postea studet edificare super illud fundamentum. sic tunc natura prius membra principalia et magis neces saria format .s. cor epar cerebrum et testiculos et postea minus principalia sicut manus pedes et brachia. Et si de fectus est in materia tunc melius est esse magis principa lia q̃ minus principalia Nõ duplex est natura quedam intendens. alia producens. modo natura intendens non errat q2 q melius est sp intendit. Sed pducens qñq3 er rat sed hoc est ex parte habundantis vl' deficientis. ita q mõstra fiant fm defect9 duplicit. aut fm quantitatez di scretam sic q̃ qñq3 vnus generat cum vno pede vel cum quatuor digitis in vna manu. Aut fm quantitatem con tinuam sic generat aliquis cũ minimo capite vl' cũ mini ma manu. Si per habũdãtiam fuerit hoc etiam ẽ dupli citer. aut fm quantitatem discretam sic qñq3 generãt ho mines habentes duo capita vel sex digitos in vna manu et sic de alijs. Aut fm quantitatez continuam sic genera tur aliqs cũ maximo capite preter cursum 9munez illius spei. Nõ mõstrũ dr̃ eo q mõstrat se vidẽtibus q2 oẽs di ligim9 vidẽ monstra pter ãmirari. vñ monstra sũt sic in tenta a natura p accñs et nõ per se vñ si natura nõ posset pficere siue pducẽ quiq3 digitos in manu pduceret qua tuor vl' tres fm exigentiã materie Di. quare tũc fiũt mõ stra ad hoc dicũt phi q fiũt ad exornatiõ3 et decorationẽ vniuersi nam dicunt sicut diuersi colores in pariete existẽ tes decorant ipsum pariem . Sic etiam diuersa mõstra

ipsum vniuersum exornant mundum Item mõstra etiaz maxie fiunt p influentias celestes quia quandoq3 regnat specialis cõstellatio Et ab illa diuerse figure influũt Vñ expertum est q generati sunt duo gemelli ramifici in dor so habentes distincta capita vl' membra et distinctas ma nus et non pedes.

Iuxta qd notandum q sm intentionez phi om̃e mixtuz ꝯsurgit ex quatuor elementis. et ideo qd est nature ignee cadit in suũ sile. et qd est de natura terre cadit in suum si mile et sic de aliis Ex isto vnus crederet et opinaretur me velle dicẽ q elemẽta formalit essent in mixtis hoc eni est ꝯtra intentionẽ phi. j. de gene: vbi vult q solũ virtuali ter sint in mixtis mõ ex istis possibile est aliqñ semẽ habẽ ꝓportionez diminutã ex parte alicuius impedimẽti spe cialis vt si ex parte terre fuerit contingit diminutionem fieri in ossibus eo q ex ea radicaliter formantur.

¶ Hic declarat dictũ suũ sm intentũ phi. j. de gene. Nõ opinionẽ autoris q elemẽta maneant in mixtis virtua liter Ita q ex elementis corruptis generat forma mixti in qua reseruant qlitates elementoꝝ sicut videm' in melli crato qd ẽ mel ⁊ vinũ vtualit s3 ñ formalit illd ꝓbat qr

elementa sunt ↄtrāria illa autem in eodem fundari non possunt vt est mens Aristo · in iiii · phisi· et autoris sex principioꝝ scȝ · gilberti porritani et aristo · in post predicamentis et petri hispani et boecij in libro de diuisionibus Jtm̄ elementa sunt corpa distincta nō compatiētia se in qualibȝ pte mixti iō virtutes eoꝝ non manent

Est igitur notandū ꝙ monstruositas nō solum ex pte materie contingit sicut nunc dictū est Sȝ etiā aliqn̄ ex malitia matricis q̄ si fuerit lubrica ⁊ vitiosa vł malitiosa totū semen non retinebit sȝ dispergit aliqn̄ anteꝗ̄ totum semen in massam colligit̄ tūc vita occupat̄ et matrix claudit̄ et sic modicū seminis recipit̄ a quo debet formari fetus Et illud hȝ spetiales modos sub se q̄ plures sunt sȝ de his narrare longū esset et iō hic obmittantur et ad monstruositatē multū opatur inordinat⁹ coit⁹ · exēto ꝙ aliqn̄ masculus est in coitu cum femella si tunc masculus tpe coitus inordinate iacet cū femella mōstrū facit in natura · Narrat̄ em̄ de quodā qui lateralit̄ iacuit tpe coitus et femella generauit puerum in vno latere curuū et in pede claudum Et causa huius ex inordinanatiōe coitus processit

¶ Hic oñdit alium modū monstruoꝝ siue monstruositatis vñ matrix qn̄qȝ est causa mōstruositatis vt si fue-

rit lubrica vnde lubricum dicitur illud quod nō pt retineri sicut anguilla vl' aliqd aliud tale Item coitus inordinatus et vehemens maxie est cauend' pter fetū debite pducend ne semen pverse recipiat in matrice Et nota q p tanto coitus stando est irregularis in natura q̄uis rudes non curāt qz semē ita debite recipi nō pt sicut debz Ex illo ptz q mlta sunt pctā que nō soluz peccant in lege sed etiā in natura qz natura debite intendit pducere.

Aliqñ vo peccatū naturale ptingit ex supabūdātia materie q̄ diminutiōi opponit sic q mlte tortuositates et thumores apparent in mēbris Et hui' est ratio qz si natura facit illud naturaliter pt scz aliqñ duo capita aliqñ duos pedes quoz vnus est mltū maior alio. et aliqñ facit gibbosum in pectore quandoqz in dorso.

¶ Hic oñdit qūo ex supabundantia materie fiunt monstra vbi vult p sententia si semē nimiū in habūdantia sit infusum et qz matrix ē clausa et qz tunc eius tota materia trasmutat in materiaz fetus et si tūc ps ex qua debet fieri fet' caput est nimis habundās tūc fiūt duo capita l' tria et sic de alijs ptibus alijs mēbris deputatis.

Sed omnib' mirabilior est effect' quē albertus recitat de vno cui nata fuerunt duo mēbra libidinis vnuz ex parte viri aliud ex parte mulieris ita q potuit succūbere id est subiacere. et incumbere. i. actiue coire. Et causa hui' originaliter trahit ex supabundantia materie qz materia

fuit principium sufficiens generandi vtrūq3 membrorū3 ¶ Hic au. ponit mirabilē euentum de hermofroditis Et recitat albert⁹ q vidit vnū hmofroditā3 q̄ vtrūq3 membrū habuit et potuit agere et pati nō quamodo in se ipm sed respectu alterius viri vel mulieris ⁊ hoc pueniit ex eo q materia fuit tanta q vtrūq3 mēbrū fieri potuit Et mēbrū virile sp est supius et femineū inferius Quare natura nō pducit duo mēbra virilia vl duo feiea Rō ē quia natura de ptingētib⁹ facit qd meli⁹ s3 meli⁹ ē sic ordiari qr alterū3 sp supflueret si faceret duo virilia ⁊ duo feminea qr quicquid vnū facet et hoc etiā alter̄ p̄terea nota q sepe accidit. q generat̄ gallina q̄ h3 membrū indispositum ad coitum ita puum sicut gall⁹ et illud puenit ex defectu materie Ite3 sic ptingit q generat̄ femella sñ apparentia membri mulieris tunc pellicula est supra posita q oportet remoueri Nota si hermofrodita magis apparet in specie viri sic se tenebit in tali specie Si aūt in specie femelle tūc iterum se sic tenebit et lic3 sibi ambo opa exerce scōm precepta et leges et sic de alijs.

Et nota fm auicen. si semen cadit in latere sinistro matricis generat̄ femella. Si in dextro generatur masculus Si in medio hermofrodita pticipans naturā vtriusq3 .s. masculi et femelle. Et a viro tanq̄ a digniori recipit speciē fm naturā li3 hee nature ābe fiāt in ipo. rcitat. n. Al. de quibusdā gemellis quor̄ vn⁹ habuit in dextro latere

virtutez et vbicunqꝫ portabat a pte illius lateris aperie-
bantur omnes sere et clausure. Et alius habuit virtutez
in sinistro ꝙ vbicunqꝫ portabat fuerunt clause q̄ prius fu
erunt apte. Et loquor de aptione serarū in ostijs domoꝝ
Et cā hui⁹ nō ꝓuenit ex materia sꝫ ex speciali constellati
one celi et non soluz ex cōstellatiōe speciali sꝫ etiā ex speci
ali materie dispositōe ad talem effectuz qꝛ actus actiuoꝝ
sunt in materia bene p̄disposita.

¶ Hic autor ponit vnum notabile et satis patet in textu
Nō in latere dextro est maior calor q̄ꝫ in sinistro. Cor
em̄ iacet in sinistro et influit calorez in dexterum. Et iō in
dextro generant̄ masculi gr̄a caloris. et iō dextra ps cor
poris est fortior et figurosior q̄ꝫ sinistra vnde a dextro fit
motus. scd̄o celi vñ dexter pes est modice maior sinistro
et silr̄ de manu dextra et sic de alijs Itez alio modo ptꝫ
quō fiat generatio duoꝝ ramifactorum in dorso qꝛ qn̄qꝫ
contingit semen recipi in duab⁹ cellulis matricis. et tunc
p̄t ꝯtingere ꝙ pelticula diuidēs cellulas corrūpat̄ et tūc
ꝯiungunt̄ illa semina in dorsis et habēt distincta capita et
distinctas manus et distictas animas. et debent baptisari
ꝓ duobus hominibus Nota virtus celestis mirabiliter
operatur et occulte in inferioribus. Unde possibile est de
duob⁹ gemellis ꝙ virt⁹ celestis respicit gemelluz in latere
dextro ſm talē virtutem ſm q̄ꝫ influit sibi virtutez aperi-
endi seras sine ꝯtactu qꝛ ista ps dextere lateris forte alte-
rat aerem et ille vltra serā vsqꝫ ad apitionem. Et que sic
se hn̄t sepe sunt fures qꝛ seras posīt aperire Nō diuersi

tatis est hec causa qz ſm q̄ virtutes celestis inuenit mate
riam dispositam sic operatur in illam.

Et nullus credat q̄ q̄ dicta sunt sint ficta qz in sili con-
tingit videri in lapidibus quibusdā in quos specialis con
stellatio agens imprimit speciez et formaz hois vł alteri⁹
speciei ſm exigentiā agētis. sicut visum ē sepe qñ lapides
diuidunt̄ qđ fit ex ꝯstellatione speciali Et non est miruz
in gemellis cū etiā in quibusdā aliis accidat vbi est possi-
bile inuenire. et oēs modi speciales in monstris pñt re
duci ad duos modos ꝑncipales scꝫ ꝓpter inobedientiaz
materie vł sufficientiā materie ſm Auicē. in. ij. Metha.
Et ꝑ inobedientiaz intelligo indispositiōz qñ materia nō
est bñ disposita tūc non obedit agenti Et per insufficienti
am intelligo dominatōz vł impedimētum ex parte ipsi⁹
matricis.

¶ Hic autor rñdet tacite questioni dicēs. Di. ḡ aliq̄s hec
sunt ficta q̄ ponunt̄ h. et dicit hoc non credat̄. No. mediā
te virtute celesti in lapidib⁹ multiplex est virtus vnde al
bertus recitat q̄ in colonia in quadaꝫ fenestra vidit quē
dam lapidem habentem speciez regis. Et tunc debuit nas
ci magnus rex vnde in multis lapidibus vultus huma
ni figurantur Et per illos lapides fiunt diuerse medici-
ne. Unde si quis sole existente in piscibus insculperet spe

ciem piscis in lapide ille posset conuocare omnes pisces in in aqua· Et hoc ē tpe determinato vñ haly in centilogio ptholomei recitat diuersa signa et miracula de inscriptione lapidum.

Et si aliquis diceret et argueret sic si monstra possent fieri sequeretur ꝙ natura posset priuari fine q2 sp intendit agē regularit. Dicendū ſm Auicen. ꝙ nō est possibile ex pte particlaris nature omnez materiā ad suū finē amoueri nec etiā est ꝯcedendū ꝙ priuatōes suaꝝ actionū habeant fines. et ideo de egritudine et morte non est instancia q2 hec non sunt intenta a natura pticulari. sed ab eo qui hanc regit Et illa appellata est intelligentia ſm manifestatōz phoꝝ q̄ digne locuti sunt de natura

Hic ponit obiectōz seu instantiā et soluit in textu· Pro quo nō regulariter intendens ꝑducere p̄t impediri p natură pticularē Et iō ptz ꝙ mōstra non sunt intenta a natura nisi valde p accidens Item natura pticularis non intendit fines ꝑuationū q2 videt meli⁹ eē ꝙ non esse Sz deus et natura celestis q̄ omia sciunt optime disponere et vocat̃ intelligentia non errans. vñ ex. j. celi. omnis mors corruptio egritudo et infirmitas sunt preter naturam·

Intentio nr̄i sermonis ad p̄sens sufficiat · vt nūc p̄sens doctrina magis cōplete habeat̃. notanda sunt signa ꝯceptionis q̄ sunt plura Primū ē ex pte coitus

Si fuerit in coitu cum viro post coitum sentit frigus et

dolorem in cruribus· signum est q̄ concepit·
¶ Hic autor determinat de signis ɔceptiōis· Ratio pri‑
mi signi q2 q̄n mulier ɔcipit tunc calor naturalis concur‑
rit ꝑ formatōe fetus iō relinquit̄ frigus in membris· Et
hoc videm⁹ in siti.]q2 q̄n hō comedit post hoc patit̄ frig⁹
quia calor naturalis trāsit ad stomachū alterando cibum
iō nō est studenduȝ post prandiū Sed pri⁹ modicuȝ labo
ra vt calefias et sic digestione ɔfortata studeas q2 tēpore
studij spūs vitales ɔcurrunt ad cerebruȝ ipm iuuando·
Illud em̄ patet in febricitantib⁹ qui hn̄t in stomacho hu
mores grossos quos calor naturalis intendit digerere et
vadit ad stomachū iō paciunt̄ frig⁹ febricitātes Et calore
recedente a stomacho paciunt̄ magnū caloreȝ·
Aliud signum si mulier paucū semen emittit vl' nullum
signum est q̄ concepit·
¶ Hic au. ponit s̄m signū ɔceptiōis utȝ in textu Et assig̃
rōm q2 m̄rix claudit̄ et nō p̄mittit semē trāsire et recedere
No. q̄ iuuenes m̄lieres q̄ maxie delectāt̄ in coitu possūt
emittē et nō ɔcipe. Sȝ hoc nō est de seniorib⁹ Itē tp̄e coi
tus et ɔceptiōis natura retinet semen ad intra·

Vir ex̄ns in coitu senciat virgaȝ suā attrahi et sugi qua

dā clausura ex parte vulue mulieris
¶ Rō isti⁹ tercij signi ē q2 q̄n mulier cōcipit tūc vulua su
git q̄si virgā virileȝ .et ꝓpter delectationeȝ matris ɔprimi
tur et quasi claudit virgam virilem.

Aliō signū si mulier post coitū appetit ɔtinue coitū hoc

est verū in quibusdā q2 q̄daȝ m̄lieres sunt q̄ magis ɔcu‑

piscūt q̄n ɔcipiūt vt visū ē pri⁹ in vna q̄stiōe. f ij

¶ Circa quintum nota ꝙ post impregnationem men-
strua instigant ad coitum Et maxie delectatōis memori
am quam prius habuerunt.

Aliud signuz si mēstrua non currāt post coitum ſm mo-
dum solituz et fit cintillatio in ore matricis signum est ꝙ
mulier concepit.

¶ Ratio isti⁹ signi ē qñ mulier cōcepit tunc menstrua cō-
uertunt in nutrimentuz fetus .s. in lac et fit scintillatio in
ore matricis ꝓpter calorez Et tūc fit dolor in crurib⁹ qz
spiritus sunt clausi in matrice qui transiunt ad crura et
vegetant crura.

Item aliud si color faciei vltra mōrez solituz ē mutatus
vñ libenter solent esse rubee post conceptōm grã caloris
Itm̃ si aliena cibaria ꝯcupiscunt tunc carbones nunc po
ma nō matura seu cerusa signū ē conceptōis.

¶ Causa huius signi est qz post ꝯceptionē mlti humores
grossi indigesti ascendūt cerebrū et illi mouent appetitum
aliquorum similium qz si sint calidi valde humores tunc
appetunt carbones Si sint valde frigidi et humidi illi hu
mores tunc appetunt pira aut poma non matura et simi
lia quia om̄e simile applaudat suo simili.



Tunc videnda sunt signa vtruz masculus vel fe-
mella sit in vtero Et hec sūt signa vera q̄ sequunt. qz tpe
ꝯceptionis masculi color faciei est rubeus et leuis motus

¶ Hic autor ponit sex signa in numero vtrum masculus sit conceptus vł femella Rõ illius primi signi est qꝛ color rubeus est signũ magni caloris Et si est calor magnus in mrice tunc virtus est sufficiens ad masculũ Et tũc mulier leuiter mouetur. qꝛ calor est pncipiũ motus.

Aliud signũ | si vent tumescit in dextra parte et rotundatur signum est masculi.

¶ Ratio illi⁹ scđi signi ẽ qꝛ in dextra pte iacet masculus tanq̃ in pte fortiori et calidiori Et tunc venter rotundat quia extenditur et ampliatur.

Aliud signũ lac fluens de mamillis ẽ spissum et bene digestum ita q̃ si ponat supra aliquod corpus bene pollitum et tersum nõ diuidat sed ptes constabunt et non fluant signum est masculi.

¶ Causa huius signi ẽ qꝛ illud lac calor indurauit ⁊ compressit in spissando vnde calor hꝫ multa opa. facit em̃ rez duriorez et subtiliorẽ et corrũpit humidũ et inducit siccuꝫ.

Aliud signuꝫ si lac mulieris impregnate fundit sup eius vrinaꝫ si petit funduꝫ directe hoc ẽ ppendiculariter signũ est masculi.

Causa hui⁹ quarti signi est si petit fundũ directe hoc est signũ q̃ bñ est induratuꝫ et inspissatũ a calore naturali. Vñ ppendicula est linea latamoꝝ recta cũ qua ppendũt et cõsiderant longitudinem rei et constituũt duos angu-

los rectos supra basim supra quam cadunt.

Item si sal positum supra caput mamillaꝝ non liques-

cens signum est masculi

¶ Causa huius quinti signi est qꝛ si mamille sunt calide tūc ille caloꝛ facit ꝯstare sal. vñ sal gr̄a caloris constat in ꝑtibus Vñ sal generatur ex aqua grossa et multuꝫ bulli-ta ita ꝙ specialis aqua est ad sal vnde caloꝛ ignis extra-hit de aqua subtilioꝛes ꝑtes et illas partes facit exalare et tunc remanent ibi ꝑtes terrestres humidioꝛes et gros-sioꝛes et ille ꝑ caloꝛē constāt. et hui⁹ signū ē ꝙ tꝑe pluui ali sal liquescit in scutella Vñ si sal debꝫ resolui· in mate riā et formaꝫ resoluit̄ in aquā et sic dissoluit̄ iō si sal poni tur ad ignē incipit coꝛrūpi et salire qꝛ ꝯtrariū ibi inuenit

Aliud signū si mulier pꝛius mouet pedē dextruꝫ signuꝫ

est masculi, Ecōtrario mō si femella ē cōcepta tunc muli

er ē grauis et pallida et venter ē oblongus in dextra par

te et in sinistra rotund⁹ et lac magis erit indigestum liui

dum et aqueuꝫ. et fusuꝫ supꝛa coꝛpus pollitū diuidit̄ ꝑs

ei⁹ a ꝑte Itm̄ aliud exꝑimētuꝫ qđ scio esse verū et exꝑtū

si aliq̄s scire voluerit vtꝝ m̄lier sit impꝰgnata vł nō det ei

bibē mellicratū si tunc senserit pūctiōes circa vmbilicū tūc

ꝯcepit Si aūt nō senserit minime ꝯcepit Mellicratuꝫ aūt

vocat̄ pocio q̄ fit ex aqua et melle· et fit ꝑ hūc modum ꝙ

accipi debent duo cocliaria de aqua· et vnum de melle ta
li pportione et misceat in simul et det mulieri ad potand
Et forte mulieres astute dicerēt oppositū et g qn aliquis
vult expire nō dz dicē de impregnatiōe Et si ipsa pquerit
dolorē capitis vl' alteri9 ptis vt sepe solēt facē Tūc bō dz
dicē illd valet ptra talē dolorē et tūc de mane dz dicere
nōne doluisti in alia pte Et sic circa vmbilicū dicūt tūc iu
dicitū pceptiōis in isto iudicatur
Hic autor ponit bonū signū simplicis pceptionis et ex
pientiā verā q ptz in textu. vñ nota q rō isti9 experimenti
ē q2 mel obstruit neruos et venas et ex illo generat dolor
circa vmbilicū Itm illd dulce ē insanū q2 ois pinguedo
dulcis ē mala et pisciū est pessima pter vicositates vnde
dulce supnatat in stomacho. Sz q2 tunc calor stomachi
pter fetū est debilis ideo sumpto mellicrato mulier do-
let circa vmbilicum

Post hec notāda sunt signa corruptiōis Iuxta qd notā
dū q aliqñ virgines grauit corrūpunt ita q earū vulua
mltū āpliat q2 mēbrū virile ē nimis magnū et ineptum
Aliqñ āt ecōuerso q mlr tā āplaz hz vuluā ita q vir si-
ne dolore sui mēbri coit· Et cā doloris mlieris ē q2 qdam
pellicula int vuluā et pbesicaz rūpit· Et qnto pl9 coeunt
tanto plus in tali ludo fortificantur.

Hic autor exequitur de signis corrupte castitatis et sa-
tis ptz in textu· Sed extra textum est aliud signũ qr vul
va mulieris sp ẽ clausa sed v̄ginis sp aperta stat· iõ vir-
go altius mingit q̄ mulier . Nõ si vis expire vtrũ virgo
sit corrupta. puluerisa flores lilij crocei q̄ sunt inter albos
flores et da ei comedere de illo puluere si est corrupta sta-
tim mingit· Item fac eaz mingere sup quandaz herbam
q̄ dr papel de mane si fit sicca tũc est corrupta si aũt virgo
est manet viridis et nõ est corrupta vel accipe fructuz la-
ctuce et pone ante nares ei9 si tũc ẽ corrupta stati mingit

Signa castitatis sunt hec . pudor verecũdia timor cum
casto incessu et loquela et cũ despectu applicant se viris 7
viroꝝ actib9 Sed quedã ita astute inueniunt q̄ omnib9
istis obuiare sciunt et tunc hõ debz se ꝯuertere ad vrinam
qr vrina virginũ ẽ clara et lucida qñq3 alba qñq3 glauca
Si vero fuerit aurei coloris clara et ponderosa aim coe-
undi signat· i. appetituz Corrupte enĩ mulieres habẽt vri
nam turbidaz p fracturam pellicule p̄cedẽtis. et sperma
viri apparet in fundo vrine talis mlieris Sz in mẽstruo
sis vrina ẽ sanguinea. et in tali mense qñ patir hz oculos
aqueos et alterius coloris in facie et abhominatiõz patir

id cibo Et ideo sibi quilibet caueat nec coeat tunc cum eis quia nociuũ ẽ. vñ prudẽtes mulieres sciunt se tunc custo dire et sepant a viris p tps fluxus menstruorum.

¶ Hic au. exequit de signis castitatis. No. vrina virginũ est clara qz ipe sunt calide et bñ digerũt 7 ideo vrina que transit p loca digestionis sumit ibi calorez vñ coloratur in renib9 Et dz capi vrina post somnũ primum qz tunc fa cta est digestio et dz videri q vrina p accidens nõ sit va riata scz morbo vl nutrimẽto grosso. No. in vrina sunt tres regiões scz supior vbi cõsideranť mẽbra supiora scz cerebrum et caput. Scda in medio vbi cõsideranť mem bra media. s. renes et cor. Sed tertia est inferior vbi con sideranť testiculi lũbi et matrix. ideo dicit littera sperma sp apparet in fundo pp̄ter suam grauitatez Nota quan do mulier est menstruosa tunc humores ascendũt ad ocu culos quia oculus est ps porosa corporis 7 cito est passibi lis Et tunc mulier pallet in facie. et ipsa patiť ab homina tionem cibi quia non cupit propter infectionem cerebri 7 olefactionẽ Et tunc est nociuum cum eis coire quia illi q̄ tunc ɔcipiunť inclinantur ad morbum caducum et ad le pram quia talis materia est valde venenosa.

Est autem notandum q mulieres antique in quibus menstrua fluunt et quedam in quibus menstrua sunt re tenta si inspiciunt pueros in cunis iacentes intoxicant oculos eorum causa huius in mulieribus apparet quib9

menstruą fluunt qꝛ tempore fluxus humores qui mouent tur per totū corpꝰ p̄mo inficiunt oclos et oculis infectis aer inficit et tūc aer ille inficit puerū ꝛ illud ē de intentiōe phi in de somno et vigilia ¶ Causa āt quare antique mulieres quibꝰ nō fluunt menstrua inficiūt pueros est qꝛ retēcio menstruoꝝ facit habūdantiā maloꝝ humoꝝ ¶ Et quia mulieres antiq̄ sūt deficientes in calore naturali naturante et digerente talez materiā . et p̄cipue si fuerint paupes sic q̄ nutriunt a cibo et nutrimento grosso qd̄ opatur ad talez materiā infectam ¶ Et ille mulieres plus inficiunt qꝛ menstruū hoc cedit ad purgationem nature

¶ Hic au. ponit qddā notabile vt ptz manifeste in textu No. humores mali exiūt p oculos pocius q̄ p aliā membꝛ qꝛ oclus ē aqueꝰ ex . ii . de aia qd . ptz si cōprimit lacrimatur . et idō mulieres mltū lacrimant qꝛ hn̄t multuz de humido qd petit exitū ¶ Et qn̄ oclus sic est infectus tunc inficit aerē tāgētē oclm ꝛ ille vltra ificit aerē ꝓpiquū ille aer iteꝝ aliū aerē vsq3 puenit ad obiectum ibi fit reuerberatio mali humoris ille primo opatur qꝛ omis actꝰ fit cum resistentia aliqua qꝛ illa infectio fit circualiter qꝛ si nō tūc soluz mulier inficeret ꝭm vnā dr̄nam loci positionis . et non ꝭm omnem Nota pueri sunt debiles et tenuis nature. ideo pueri faciliter intoxicantur . Toxicum est venenum quod fit de toxo de tali arbore amarissima . et cuius succo gustato aues moriuntur Nota q̄ ideo oculus mulieris facicinantis proiecit camelum in foueam ita q̄ illa

pessima mulier tm̃ cogitauit de malis ꝙ quidam humo res mali generabantur in spiritibus eius et illi exieuerũt per oculum et illos volens camelus effugere cecidit in fo ueam. Et illo modo basiliscus inficit videntem ipsuȝ qꝛ venenuȝ emittit et si poneretur speculum ad quod verberarentur humores ad oculum basilisci tũc ipse met moreretur vł interficeretur Nota si aliquis quereret si mulieres sunt venenose quare non intoxicant se ipsas· Dicendum ꝙ venenum non agit in se. Sed in aliud cui obicitur cum ergo mulieres sunt naturaliter intoxicate ergo non intoxicant se ipsas Alia causa est quia sunt consuete vnde Auerrois in prologo tertij phisicorum quedam erant consuete cõmedere venenuȝ ita ꝙ erat eaꝝ cib⁹:

Et quia dictum est de menstruo Igit̃ ad menstruorum locum ꝓcedamus id est ad matricem et videam⁹ quot accidentia sũt circa ipsa mt̃ix em̃ mulieris sepe patit̃ suffocatiõȝ Suffocatio em̃ apd̃ medicos vocatur ꝯpressio spirituũ vitaliuȝ ex vicio mt̃icis egressa Et impeditur anhelitus in muliere. et illud euenit qñ matrix de proprio loco tollitur tunc ex frigiditate cordis superueniente ꝛ tales mulieres quandoqꝫ paciuntur sincopim

Sincopis proveniens ex suffocatione matricis

id est cordis debilitatem. Aliquando vero aliique vertiginē in capite paciuntur Galien⁹ enī magnus in medicina narrat de quadā muliere suffocatōnē matricis paciente ꝙ ex illa causa tm̄ paciebat̄ ꝙ non potuit loqui et cecidit quasi mortua esse qꝛ nulluȝ signū vite habuit et vocati sunt medici plures q̄ videntes ipsam et causam ignorantes dixerūt eaȝ veraciter esse mortuaȝ Galien⁹ aūt superaduenlens causam ꝯsiderauit et mulierē a passiōe illa liberauit. Hec aūt egritudo ꝯtigit in mulieribus ex eo ꝙ habūdat in eis mēstruū corruptū et venenosū et ideo bonum est ꝙ tales mulieres quecunqȝ fuerit siue iuuenes siue antique sepe viris remedijsqȝ vtantur vt materia tal expellatur. et expedit in iuuenibus quia in eis habundat humidum et hec est causa quare iuuenes mulieres quādo incipiunt coire multum impinguantur antequam cōcipiunt. et curam de pueris minime habent quia cura vt dicit philosophus in de secretis secretorum facit multum senescere ꝙ non videtur in illis Ille enim iuuenes mulie

Cres quando multum habundant in tali

materiam multū appetūt coire ꝓpter materie habundā tiam Et iō peccatū est in natura illas retrahere ⁊ coitum ꝓhibē ad illum quē diligit q̄uis sit pctm̄ in morib⁹ ꝺe q̄ nihil ad ꝓpositū Audiui in ꝯfessione societatis ab vno inq̄ rere causam a me quare hoc eēt qn̄ ipse ꝺormiret cuȝ sua ꝺilecta iuuencula ꝙ tūc ip̄e coitu finito inueniret ventreȝ suū vsq̄ȝ ad vmbilicū cuȝ sanguine ꝑfusum et timuit mul tum causaȝ ignorauit et nō fuit ausus se retrahē a iuuē cula ꝓpter amoreȝ magnū inť eos Et iō qn̄q̄ȝ flux⁹ men struí ꝓdest mulieri et qn̄q̄ȝ nocet ſm ꝙ materia magis ꝟ min⁹ habundat Et ille flux⁹ nō fuit menstruoꝝ sed semi nis in coitu fluētis ꝓpter habundantiaȝ mulieris.

¶ Hic au. exequiť ꝺe impedimētis ꝯceptionis No. suffoca tio mr̄icis ꝓuenit ex eo ꝙ matrix tolliť aduersus coꝛ . et tunc magna frigiditas se extendit ad coꝛ sicꝙ coꝛ patitur sincopim . et ꝺr̄ a sin qꝺ ē con et copos incisio quasi cum incisione siue ꝺebilitate coꝛdis et alio noīe ꝺr̄ extasis . Et illa passio maxime accidit viduis q̄ pꝛius habuerūt viros et iā nō hn̄t vn̄ menstrua earum coꝛrūpuntur in matrice et generanť grossi humoꝛes qui in coꝛde generant ꝺebili tates. et iō ipsis multum valet coitus.

Nunc auteȝ ꝺe impedimentis ꝯceptiōis aliqua tangam⁹.

impedimenta pceptionis plura sunt : qz impedimentum qñq3 contingit ex nimia humiditate matricis qñq3 ex frigiditate· qñq3 ex siccitate. qñq3 ꝓpter nimiam pinguedinem corpis qz pinguedo circũuoluta orifitio mřicis constringit ipam et non pmittit semen viri intrare. vnde cognitio hui⁹ est de muliere cui⁹ renes sunt sepulti ⁊ occultati in pinguedine ex omi parte ille eñ mulieres si in coitu semen recipiũt nõ pt intrare mřicem. et sic eiciũt ipm cu3 eiectiõe vrine. et ideo breuiť si post coitu3 vrina talis mulieris videať manifestũ erit si semen viri in mřice eius sit collectũ vľ nõ. si sic tũc vrina eius ẽ immunda ꝓpter conmixtionẽ cu3 viro· Si vero nõ tunc iter apparebit ⁊ qñq3 apparebit· ꝙ vrina nõ totaliť eicit illud semẽ qz si sũt calide tũc sua caliditate exalant Sunt etiam quedam mulieres que ita tenues et lubricas habẽt matrices ꝙ semen intus non potest retineri Sed ex multis alijs causis illd euenit de quibus ad presens nulla fit mentio.

Hic autor ponit quedam notabilia vt pt3 in textu No.

si semen viri et mulieris non sunt ꝓportionata in quali⸗
tatibus ꝓmis·i.in calido et humido tunc talis conceptio
impeditur principaliter quia agens et paciens debet esse
ꝓportionata ex secūdo de anima subiecta armonia .i. sub
certa et determinata ꝯbinatione. vnde quodlibet non agit
in quodlibet vl' q̄ōlibet non fit ex quolibet. j. de gene⸗

Et est etiam notandum ꝙ sepe ꝯceptio ex ꝑte viri impe⸗
ditur ita ꝙ semē ei⁹ qd̄ emittit est nimis tenue sicut aqua
ita ꝙ si mr̄ici infundit̄ tūc liquitate sua elabit̄· Et etiam
qn̄q₃ accidit ex frigiditate testiculorū vel siccitat: et illud
semen fm doctrinā medicine ad generatiōꝫ est incōueniēs
Sed dubiū est cui⁹ sit causa in defectu ꝯceptiōis Juxta
qd̄ notandū ꝙ isto mō scitur an ex parte viri vl' mulieris
sit defectus Accipiant̄ due olle et in vtrāq₃ vrinā mittat̄
viri in vnam et mulieris in aliam et ponatur in vtraq₃
surfur tritici. Et talis expimentatoꝛ diligenter obstruat
ollas ꝑ nouem dies l' parꝫ ampli⁹ et si ꝯtingit ex vitio viri
defectus tunc inueniet quosdaꝫ vermes in olla viri et ca⸗
cabus debet supͣ poni ul' inuenit̄ rana fetida vl' cantabꝛa

Nota utrum impeditio conceptus a viro an a muliere proveniat

fetida Si vero ex vicio mulieris inuenit in olla suū mē-
struū. Si ex vtriusqȝ vicio in vtraqȝ olla aliquid p̄dicto
rum inuenitur.
¶ Hic autor ponit vnuz notabile vtȝ in textu No ·si vis
bñ examinare accipias aliqđ de spermate viri et ponas
in aquā et si tendit ad funduz signū ē q̄ semen viri nō est
in defectu ɔceptiōis. glosa qꝛ est bene digestum et spissuȝ
ideo petit fundum No . q̄ mulieres q̄ sepe coeunt ꝑpter
delectationē ille generant fetus debiles ḡ abstinete a coi-
tu tunc generabitis fortes pueros et homies qꝛ semen est
satis forte Et vn⁹ frater p̄t cōuenienter esse forcior alio.
Vñ nota causam expimenti qꝛ si semē viri est nimis te-
nue tūc cito cōuertit in v̄mes. et non hȝ virtutē resistentē
actiōi corpis celestis . vñ ista humiditas q̄ in fundo non
est densa et bene indurata cito alterat̄ Nota·si mulier bi-
beret per tres dies saluiam coctam cum vino tunc nō cō
ciperet in vno anno. glosa·quia saluia est frigida · Item
comedat apem et nunq̄ concipiet ·et ergo ex illis conclu
do q̄ mulieres sepe coeunt sil̄r viri ꝑpter magnam dele-
ctationē quā hñt ad inuicē qꝛ vulua in se ɔtinet magnā
dulcedinem viro. Sed tñ de illis non multū dico ad pre-
sens q̄uis bñ multa dicere vellem sed hoc non facio quia
aliquis socius qui hoc legeret sensibus priuari posset qꝛ
nos multa facim⁹ ꝑpter mulieres et propter dulcedineȝ
q̄ habent in eorum membris·s· in mamillis vulua facie
et sic de aliȷs vt videt̄ in toto corpore earum.



I quis igitur velit mulierem iuuare vt impreg
netur et masculum concipiat · Accipiat matri-
cem leporis et in testina eiusdem et faciat desiccari Et

in puluerem redigat et illud mulier bibet ten peratuz cū vino. et similiter faciet cum testiculo leporis et hoc in fine menstruoꝝ et cuz viro suo coeat et concipiet masculū Itē accipiat epar parui porci et testiculos et desiccat et etiam redigat in puluerem et dat in potu masculo et mulieri ꝛ mascul⁹ si prius impotēs fuit ad generandū generabit ꝛ mulier que nō potuit ꝯcipere concipiet.

¶ Capitulum aliud in quo autor docet qūo mulier debꝫ iuuari vt ꝯcipiet et maxie vt cōcipiat masculū. Nō mꝛix leporis et intestina si desiccanᷣ et puluerisanᷣ sūt multuꝫ calida Silr̄ epar porci in se ē calidum et sic generabunt calorē sufficientē ad ꝯceptiōꝫ. Et carnes porcine sunt val de bone vtilitat Et sūt ꝓhibite iudeis qꝛ vn⁹ iude⁹ mutat⁹ fuit in suē et nolūt ꝯmedē mr̄em suaꝫ siue porcinas carnes. Et ē alia cā naturalis qꝛ dn̄t vti frigidis cibarijs p q̄ caloꝛ eoꝝ extinguaᷣ a caloꝛe xp̄i fideliū Nō illd debet fieri in fine mēstruoꝝ qꝛ tūc matrix est sicca et qdamodo calidioꝛ p recessum menstruoꝝ frigidoꝝ. Item sunt alia expimenta mlier accipiat cāphorā herbā puluerisataꝫ bibendo cū vino et ꝯcipiet Item vrina viri bibita impedit ꝯceptiōꝫ Itm̄ si accipiat vuluā leporis et puluerifet cum melle liquido et accipiat coꝛ thauri et illa ꝑiter accipiunt ebulitōm et sic mlr accipiet in vna septimana ita ꝙ vno tpe pl⁹ q̄ꝫ alio tempe accipiat et ꝯcipiet Itm̄ mulier debꝫ vti calidis et bonis cibarijs et dꝫ qdamō inebriari et bene fricari et dꝫ cauē ne crura eleuata semen impediāt ita ꝙ dꝫ se cito laboꝛi applicare ad retinendum et statim postea doꝛmiet siñ dubio concipiet.

Et est etiam documentum obseruandū scilicet qn̄ aliquis senciat mlierē pcepisse q̄ non noiet in presentia mulieris aliqd de raris cibarijs ad qd appetit⁹ mulieris posset inclinari nisi ei possit libitum psequi quia si mulier tl'e post ularet qd nullo mō posset haberi·hr̄et occasionē abhorrē di pter ptrariaz dispositiōz appetitus fet⁹ em̄ sic pceptus debilis redditur et extinguit. id̄ psultum est qn̄ mulieres petūt carbones vl' aliqd psil'e qd eis ministret Vidi em̄ de quadā muliere q̄ cū impregnata fuisset pecijt poma recentia q̄ cū hr̄e nō potuit cecidit ad lectum et infra diem et noctez nihil gustauit neq3 panē neq3 potuz Et fuerunt circa eam iuuenes mulieres et ancille q̄ prius non pceperunt quib⁹ illa fuerunt occultata Et qn̄ impregnata pecijt poma recentia Et ancille astantes dixerunt non inueniunt loquentes inter se q̄ venenosum esset dare mulieri poma qz viderēt in febricitātib⁹ psil'e et in pte illa decepte sunt. tūc aūt illa impregnata ex carentia pomoz ml'tum fuit debilitata intm̄ q̄ fetus anteq̄ ad debitū tempus peruenit mortuus exiuit. in cuius egressu illa mulier labo-

rauit tribus diebus et noctibus et ante egressum illa mu
lier emisit sanguinem p nares duob⁹ diebus ꝛ vna nocte
Ille vero sanguis fuit menstruosus et signū corruptōis
fetus fuit illud Iuxta illud ypocra· menstruis fluentib⁹ ·N·b·
impossibile ē fetū esse sanū· iō vt ille oēs pticule euitantur
apd oēs impregnantes bonum ēst vt mulier in custodia
habeatur et modice moueatᷣ · Et vt eis cibaria mollia et
lenia ministrentur Et omnia iuxta appetitū psequātur·
¶ Hic autor in toto illo textu recitato iam ponit duo do-
cumenta et satis manifeste patent in textu·

Sed anteq̄ nr̄m sermonē ad alia ɔuertam⁹ Notandū
est vnū nobile signū q̄ fit per cognitiōm masculi in vterō
mr̄is existentis· et ē illud Accipiat aquā mūdā de fon-
te claro et puro et pcurat sibi vnā guttā sanguinis vel
lactis de dextro latere mulieris et infundet guttam illam
aque iste· si tūc gutta petit fundū signum est masculi Si
vō supnatauerit signū est femelle Item si dextra mami
la fuerit maior sinistra impregnata est masculo· Si vero
sinistra maior femellam portat
¶ Hic autor ponit scdm documentū Et nota q̄ quando

mulier concepit tunc debilitatur et variatur gratia fetus ↄcepti in ipa et iō quicqd cupit sibi detur et si non tūc euenit dolor eo ꝙ appetitus nō ꝓcedit quia voluntas delectatur in ꝓsequēdo qđ diligit vñ nihil appetit nisi fuerit animatuȝ ex tertio de aia et p ↄmentato. tertio Ethi' patȝ qꝛ voluntas ē appetitus intellect⁹ et sp est boni simpliciꝭ l' appentis vñ oia bonū appetunt ptȝ p diffinitiōȝ boni ꝙ dat Aristo. in principio. j. Ethi. dicēs bonuȝ ē qđ omia appetūt Nō ꝙ post ↄceptionē qñ menstruuȝ fluit hoc est signū destructiōis fet⁹ qꝛ fetus debet nutriri de menstruo fluente. Sed si modicū fluit ꝓpter purgationeȝ nature ne fetus suffocetur hoc est proficuum.

Antequam textus vero finem dictis imponamus vt nr̄a doctrina subtiliter et magis complete habeatꝭ cū de materia menstruoꝝ aliqualiꝭ dictum est Trāseundum est ad materiam spermatis in viro Sperma vero vt supra dictum est nihil aliud est quā supfluuȝ alimēti quod in substantiā rei aliunde nō cedit. Juxta qđ notandū ꝙ talis est modus nutritiōis ꝙ primo cibus masticatus in ore dirigiꝭ ab ore ad ipm stomachuȝ et ibi fit digestio prima. et ibi sepatur purum terrestre ab impuro terrestri Et illud impurum dirigitur ad viscera ⁊ vlte

rius emittitur per secessum Sed parum hoc vlterius di rigitur ad epar ibi fit scda digestio. et tunc ibi iterū sepa tur puꝝ aquaticum ab impuro aquatico. Impuruȝ aq̄ti cum dirigit̄ ad phesicā et vlterius per micturam emittitur Sed purum dirigit̄ ad coꝛ . et ibi fit tertia digestio et se paratur puꝝ ab impuro Impuruȝ dirigit̄ ad vasa semi nalia et ex illo fit sperma in viro et in muliere menstruuȝ Sed purū est sanguis et illud dirigit̄ a coꝛde ꝑ magnas venas q̄ dicunt̄ capillares ꝑ q̄s venas dirigitur sanguis ad singula mēbꝛa et in illis membꝛis fit vltima digestio et iterum seperatur purum ab impuro Impurum emit titur per sudoꝛes et ꝑ vngues et ꝯsimilia Hoc aūt purū ꝯuertitur et congelatur in substantiam aliti Ita ꝙ tales poꝛi qui sunt euacuati ꝑ caloꝛeȝ naturaleȝ illi econuerso repleant̄ . et si pl⁹ venerit ꝙ̄ ē deꝑditum tunc dr̄ augmen tatio Sed ad hoc requirunt̄ quatuoꝛ Primo materia sufficiens q̄ est panis et ꝯsimilia Secūdo potus recipiens illā quartā digestioneȝ Tertio natura distribuēs Quar to caloꝛ natural' ꝯuertens alimentum in alitum.

¶ Hic autor exequitur de vltimo motiuo huius libri Et ostendit modū generationis spermatis. No. hō ē optime digestiōis et subtilioris q2 est magni caloris et ꝓpter multos labores digerit et ꝯsumit humidum q2 calor agit in humidū sicut in subiectuȝ· et calor facit exalare humiduȝ ideo oportȝ eē restauramentuȝ caloris ne ꝯsumat humidum radicale Et sic mors sequeret̄ q2 consumpto humido radicali in quo ꝯsistit vita nulle ꝓsunt medicine Sȝ tñ notanduȝ· ꝙ vnū indiuiduū p aliquā medicinā p̄t viuere p annū vł amplius sine nutrimento sicut expꝫuȝ est Sȝ hoc nō p̄t fieri cursu ꝯmuni Nō masticatio est que daȝ ꝯtritio cibo facta p dentes. et natura sic ordinauit in anteriori pte. dentes acutos vt bñ diuidant cibuȝ Sed in fine latos ordinauit ꝓpter masticatōȝ· vñ v̉sus Sunt hois dentes triginta duo comedentes.

Sed de istis q̄ dicta sunt ꝯsurgit dubitatio q̄daȝ· vtrum calor agit in ip̄m humidum ꝯsumendo sit opatio caloris in eo ꝙ calor naturalis· Pro quo sciendū ꝙ s̄m Aristo. iiij. Methe. ca. de opatōe inquantū actiuoꝝ Pria opatō caloris inquātuȝ calor hȝ dissoluere ꝛ exalare hōgenia et eutrogenia q2 si accipiatur vna massa de auro et argento et ponat̄ in ignem calor facit fluere auruȝ ab argento et ecōuerso· et sic locut⁹ ē phus. scd̄o de genera. vbi dicit ꝙ calor determinatus agit tanq̄ organuȝ scȝ securis et bipennis q2 sp dissoluit ꝯiuncta Sȝ calor in eo ꝙ naturał

habet in se virtutem formatiuaz vniuscuiusq3 rei vel na-
ture cui⁹ calor dicit esse naturalis et sic in eo qꝫ virtus ce
li vl' virt⁹ motorꝫ celestiū et vis semis vicissim ꝯueniunt.
¶ Hic au· ponit dubiuz et satis ptz in textu. Nota calor in aiali nō facit digestionē inquātuz calor sed inquantuz est bene regulatus ab aia. et iō peccauerūt aliqui antiqui dicentes qꝫ in plantis eēt nutritio Et in supiori pte esset ab igne et ab inferiori parte esset a terra. hoc non vz quia dicit Aristo· ij· de aia qꝫ si sic esset tunc mixtuz cito dissolueret Quid em̄ ꝯtinēt elementa in mixto nisi animā vn̄ aia est ꝑncipiū oīs actiōis sed calor et spūs sunt instrumenta q2 sūt in virtute aie et nō in ỽtute sui ipsius.

Hijs visis finem dictis imponamus et grates deo reddamus qui nr̄m in hoc ope et in alijs illuminauit intellectū Et de obmissis peto veniā ⁊ auxiliū diuie grē a qua om̄is sapientia orta est et hec vita eterna. ad quā nos deus om̄ipotens et gloriosus cūcta gubernans atq3 regens perducat qui cū pr̄e viuit et regnat et in qua ē sūma saturitas secura tranquillitas et iocūditas et sine fine eternitas sanctorꝫ extat omniū per infinita secula seculorꝫ Amen.

Laus deo